



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses  
Viator**

**Millieu, Antoine**

**Lugduni, 1636**

VIII. Legislatio vtraque lege per Moysem datâ: Gratiâ per Iesvm Christum  
factâ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER OCTAVVS.

LEGISLATIO.

LEX PER MOYSEM

DATA: GRATIA, ET

VERITAS PER IESVM

Christum facta. Ioan. 1. 17.

**N**VNC age mortali stupidas torpitudine mentes,  
 Reptantesque solo curas, sensusque caducos,  
 Uranie, rape legiferi super ardua montis,

I  
 Legis æ-  
 terne ma-  
 iestas.

Quo sciscenda vocant aeterna edicta Themista.

Hic legum domus, & summi tabularia cœli:

Hic posuit cinctum flammis Astræa tribunal,

Non passura suas leges impune refigi;

Non apicem expungi minimum de codice viuo.

Sciscit enim ductas Natura à sanguine leges,

Quas silice incisas Natura, & sanguinis Author

Instaurat tabulis, ac certo fulmine sancit.

Arma licet Iani valuis toto orbe reuulsis

Circunquaque sonent, & raptò fœdere mundum

Discerpant anida furis in prælia gentes,

Sed tamen à Sina sceleratis altiùs armis

Jura tonant: NEC IVSTITIVM BELLA impia  
 cœlo

Potestas  
 & coërci-  
 tio.

Ulla iubent: inter lituos, & classica nunquam

LEX ÆTERNA SILET: sed pacem & bella ministrat

R Jure

258 MOYSES VIATOR.

*Jure pari : claras Ducibus dat libera voces :  
Militiaq; domique potens auditur in imo  
Pectore, compellatque reos ; SIBIQVE IPSA SATELLES  
Ad sua discinctos rapiat Prætoria Reges :  
Cum populis pallent humiles ad Vindicis urnam.*

2  
Sina mōs  
hūvertex.

*Ventum erat ad montem, hūingo qui vertice nubes  
Transcendens tantum fessis contingitur astris ;  
Ascensu facilis primo, qua molliter orbem,  
Herbidus exustis attollit cliuus arenis.*

Sacer à  
D i visio  
ne in ru-  
bo.

*Depribus hirsuti colles, atque aspera dumis  
Circum sylua tegunt bifidi latera ardua dorfi,  
Nigrantes nutant scopulis densa ilice luci :  
Arboribus sacer horror inest ; intonsaque subter  
Gramina, nec pecudes audent, nec tangere dama ;  
Pascere ad ima licet : summotâ cacumina Numen,  
Vindicat, haud ipsis adeunda sacraria ventis.*

Vertex,  
seu Petra  
Horeb.

*Mollior hinc scissas hesterna in pocula rupes  
Inferiore iugo in Zephyros inclinat Horebus ;  
Quâ non arsura fulsere incendia spina.  
Maiestas hinc prima loco, lustratâque primum  
Pastori Hebraeo nudis sacraria plantis,*

Vertex al-  
ter Sina  
ad ortum.

*Ne sanctam temeraret humum. Productus in Euros  
Callibus obliquis alter petit athera vertex  
Multo Sina gradu, scissis in marice scalis.  
Ambit saxa vapor, summoque in vertice templum,  
Fumidus, obnubit spissa caligine Numen.*

Religio  
loci ex  
Dei præ-  
sentia.

*Lux tenebris infusa micat, meliusque per umbras  
Spargitur, & nebulis radios innoxia frangit :  
Puram hebetes nulli ferrent in corpore visus.  
Hic currus, thensq; Dei ; pedibusque sub ipsis  
Æstuat attactu tellus, & saxea fumant  
Viscera, nec crepera cessant tremere undique cautes.  
Cana Fides aditus servat, cui noscere soli*

Concessum

Concessum emissas rapido cum fulmine voces,  
 Audet inaccessam pupilla accedere lucem,  
 Auribus: obsequium vouère fidelius aures,  
 Et qua non penetrant oculi secreta recludunt.

Salue, ô Iustitia solium, mons maxime famâ,  
 O Vatum Parnasse biceps; Aganippide lymphâ  
 Manat Horebeo labro tibi purior amnis,  
 Sineumque iugum potior colit Attide Pallas,  
 Quam Musa, & pleno cingunt Sapientia cyclo,  
 Culta mihi teneris Catharina, ut Pallas, ab annis,  
 Cuius virgineos complexi floribus artus,  
 Et non laesa rotis amianti in stamine membra  
 Sineo aetherei iuuenes posuère sepulcro;  
 Et Latij Antistes Iuris, tutelâque legum,  
 Qui Sophia aeterna templo Byzantia clarat  
 Mœnia, Cœlitibus posuit Musæa cateruis,  
 Fundauitque domum celebrem, virtute virorum  
 Pallas Alexandrina tibi, fragrantia Costi  
 Nomina, qui latè Sineo à vertice fundant.

Hic mihi iam Parnassus erit. Tentoria montem  
 Lunatis obeunt castris, queis missus ab alto  
 Fœderis interpres placido sic incipit ore.

Ad memores loquor, Isacida; neque testibus ullis  
 Præterea querenda fides: vos omnia coram  
 Tractastis manibus summi argumenta fauoris:  
 Vos & multiplici laceratam verberare Memphim,  
 Et vestrâ exhaustam spectastis in equore causâ;  
 Interea vobis faciles Pater Optimus alas  
 Explicuit, subtérque volans ceruice receptos  
 Extulit incolumes, tutâque in sede locauit.  
 Aethereo qualis volucrum Regina sub axe  
 Erudit implumes magna ad certamina nidos;  
 Stridentes coram colubros euiscerat uncis

R 2

Vnguibus;

Fides  
Ædicua.Sina Dei  
tribunal.Parnassus  
hic potior  
Vatibus  
piis.  
S. Catha-  
rina, Pal-  
las ibi se-  
pulta.Iustinia-  
nus Mu-  
sæum po-  
suit.3  
Castra  
posita ad  
Sinam, &  
comitia  
l. gis.  
Petitur  
populi  
consensus  
in fœdus.Deus A-  
quilæ si-  
milis.  
Deut. 32.  
17.

260 MOYSES VIATOR.

Vagantibus; adlambunt avidi caeso hoste cruorem,  
 Fortia mox teneris substernens brachia plumis  
 Exceptos tranare docet patre remige ventos,  
 Telaque sulfureis Typhoeia spernere nimbis.  
 Nunc igitur, si certa fides, si fixa voluntas  
 Munifico vobis adeo cum patre pacisci,  
 Qui quanquam terra Dominus, coeli que Creator  
 Iure suo mundum ac populos complectitur omnes,  
 Extra se nullius egens; tamen ille volentes

Exod. 19. Vos gremio accipiet, propriique insigne peculi

3. Peculium Fundabit regnum, atque suis vos protinus aris

Dei, & Admotos, gentem sanctam perfundet oliuo,

regnum Uttatósque sibi Mystas, Regésque sacrabit.

sacerdo

tale.

4. Cõsentit

populus

in foedus.

Talia dicentem Proceres, populisque sequenti

Assensu: tremuit laeis clamoribus ingens

Aduersa de rupe Pharam, flammaque coruscã

Sinei fulsere apices, sic deinde loquutus

Ad Mosem retulit populi suffragia frater.

I, testare Deo promptas in foedera mentes;

Obsequimur; iubeat quiduis: hæc gloria genti,

Hic honor eximius, diuina capessere iussa;

Imperium cœlestè pati magis omnibus vnã.

Festa læ-

titia.

Hæc ubi dicta epulis mensas genialibus auget,

Et festos adhibent læta ad conuiuia cantus:

It, remeâtque viam Moses, ac iussa reportans

Concilio in magno patrum, populique profatur.

Tertius ut roseo remearit Lucifer ortu;

Parua mora est, ne spem vestram dilata fatiget;

Descendet Deus immenso spectabilis igni,

Insistêtque super tremefacta cacumina Sine,

Confessi Dominum cœli stellantia sanctis

Inclinata solo pedibus fastigia sternent,

Igninomisque phalanx circum stipata procellis

Ardescet

5. Moses

iterũ re-

nerfus e

monte.

Populum

præparat

in diem

tertiam.

*Ardescet Regem antenolans, turbamque profanam  
Arcebit clangore, & teli tortilis albis*

*State animis, vocemque arrecti audite loquentis.*

*Ipse Deus manifesta dabit mandata, suisque  
Explanata palam dictabit singula verbis.*

Lex datā  
da.

*State procul; neque descriptos transmittere fines  
Quisquam ausit, propiusve gradu contingere montem.*

*Qui faxit secus, aut iaculis, aut grandine fractus  
Saxorum intereat: ne quo se dextera tactu*

Fines pos  
siti ad  
montem:

*Polluat, ac sacri capitis contaminect ictu;  
Bellua, homo ut fuit, nullum discrimen habento.*

*Quod superest, hodieque & cras durate parati:*

*Corpora secubitu lustrentur, flumine vestes:*

*Sed presertim animis adhibenda piacula castis;*

*Lustrabunt animos pietas sincera, Fidesque;*

*Hoc agite, ut puras habeat lux tertia mentes.*

*Sic moniti properant lymphas, & flumine viuo*

*Vestimenta lauant, purique aspergine roris*

*Certatim sparsere toros: lustrata supellex*

*Omnis, & expansa ventorum ad flamina vestes:*

*Excipiunt auras, gelidoque sub archere noctem:*

*Excussi thalamis omnes, nuptaq; virique*

*Abstinere toris, & nullo instrata torali*

*Fecit humus pueros nocturno frigore somnos.*

*Purgauere vias: intentaque compita velis,*

*Infossaq; procul sordes abduntur arenis.*

*At Mises spatium impresso designat aratro,*

*Ingentemque iubet sub clivo excurrere fossam,*

*Et vallo hirsutam spinis pratendere sepem;*

*Hi populo fines, ea fixa r. pagula flammis.*

*Ritibus his moniti ciues quam pectore casto*

*Maiestas adeunda Dei. Virilata precando*

*Nox erat, & primo spargebat lumine caelum*

6  
Lustratio  
populi.

Secubus  
tus.

Purgata  
castra.

Fines pos  
siti circa  
montem  
ad Heb  
12.20.

7  
Tertia  
dies lu  
stratio  
nis.

R 3

Expectata

scet

## 262 MOYSES VIATOR.

*Expectata dies, croceaque in veste nitentem  
Auroram innubes Euri puro axe vehebant,*

*PÉ:ecoste Migratâ effulsit qua quinquagesima Memphi,  
ab exitu. Septimâque hebdomadum confecto Sabbata cursu.*

*Sina tre- Ecce repens mugire polos, tremere ardua mundi,  
mens & Conuulsûmque suis velut ab radicibus altè  
ardens. Subsultare solo, cœloque occurrere montem,*

*Descendente Deo: trepido vibrata tumultu  
Radicum auulsi montis tremere undique castra;  
Seiunctâsque viis se se collidere scenas,  
Et titubante solo trepidas concurrere rupes.*

*Populi In campum pavor Isacidæ excussit apertum,  
pauor. Exangues, quasi sub pedibus diuulsa debiscat  
Terra, tremunt, fugiuntque domos; fragor aridus altè*

*Fulgura Crebrescit de monte: volant sine nubibus ignes,  
& toni- Atque alia ex aliis geminata tonitrua cœlo,  
trua. Fulgurâque offusis montem occulnere fauillis.*

*Ima rapit fructeta vapor, propulsâque flammis  
Exundat densa sursum caligine nubes  
Inuoluens fumo scopulos, liquefactâque saxa  
Eluctata super, liquidos rarescit in ignes:*

*Dei de- Purpureos flammæ apices, ceu lapsus ab æthra  
scensus in Legifer, undantemque globo Deus induit ignem,  
Sinam. Circundatque sibi nebula radiantis amictum.*

*Terribiles crepuere tubæ, sonitûque tremendo  
Buccina compulsos emisit turbine ventos.*

*Tubarum Augescunt tractim sonitus, vectique procellâ,  
clâgor & Pectorâque, & pavidas feriunt violentius aures.  
buccinæ.*

8

*Aduentante Deo populum, producere Moses  
Approperat, citrâque monet consistere metas:  
Ipse iterum superat iussus fastigia montis.*

*Mofes It tertio Audiuere Deum coram de nube vocantem,  
populum in montè. Alternâsque viri tanto cum Numine voces,  
educit.*

*Scandentemque*

Scandentemque iugum media inter fulmina cernunt  
 Attoniti, magnosque Ducis mirantur honores.  
 Scendenti dat flamma viam, nebulaque recedunt,  
 Et Deus accitum verbis affatur amicis.

Huc ades; Isacidae forsitan mea dicta ferenti  
 Adicient tibi deinde fidem, credentque loquutum  
 Me, quaecumque meo vulgaris nomine iussa;  
 Quem videant hodie dubio procul intima mecum  
 Admissum templo cortina ad vela receptum,  
 Agnoscent hand humanas ferri aethere voces,  
 Fecerit arreptos mea cum iam buccina sensus.  
 Protinus exponent nostram vocalia mentem  
 Fulmina, conceptisque loquuta tonitrua verbis.  
 Sed descende prius positos defendere fines,  
 Vade; Sacerdotes iterum, populamque moneto,  
 Atque iterum, ne fixa gradu pomœria quisquam  
 Transiliat, noxamque luant mox unius omnes.

Hic populum excusans causatur talia Vates:  
 Exanimes strauit terror, longæque remouit  
 Pallentum procerum, & vulgi pauitantia corda;  
 Et quisquam tetigisse ausit positam aggere sepem?  
 Quam circum flammis vibrantia fulmina seruant,  
 Et tua vox clarè populis audita tuetur?  
 Et cuiquam audaci veniat tam ceca libido?

Sic Moses. Contra ignipotens sic Legifer insit.  
 Vade, inquam, montemque gradu descende citato;  
 Contestare Duces iterum, deuotæque sacris  
 Primigenium capita, & vulgi temeraria vota,  
 Ne propius scrutati ausint accedere fines,  
 Aut temerare gradu signati lumina templi.  
 Non capital mihi solus erit quicumque profanos  
 Transtulerit gressus: fundent contagia pœnas  
 In populum: multi passim discrimine nullo

Vocatur  
 à Deo, &  
 honora-  
 tur.

Remitti-  
 tur in ca-  
 strâ ad fi-  
 nes tuen-  
 dos.

Excusat  
 Moses re-  
 dicum.

Non tân-  
 gendi fi-  
 nes.

Mortis  
 pœnas.



264 MOYSES VIATOR.

*Vnius commissa luent : quicumque Sacerdos,  
Stet procul ipse metu ante alios castissimus omnes.*

Solus A-  
ron cum  
Mose in  
tra ad-  
mittitur.

*Tu remea, & tecum solus confinia frater  
Transseat, atque intra superato limite fines  
Audiant emissas Aron ex aethere leges ;  
Hic propior fidei testis, legumque sacrarum  
Depositum seruet deinceps, doceatque nepotes.*

*Sic Deus : at Vates iam verticis ima tenebat  
Fulguris instar agens montis per confusa corpus,  
Itque, reditque viam toties, secat inuia saxa :  
Numinis urget honos, & amor dat fulminis alas.*

IO  
Renoua-  
ta populi  
attentio  
ad legem.

*Jam monita cessere Tribus ; iam conscius Aron  
Transierat cum Mose locum ; cliuoque propinquus  
Stabat, & arreptos omnes horrore tenebant  
Intenti ostentis animos : neque buccina finem  
Horrisco clangore dabat : mons totus in ignes  
Concidere, & magis atque magis concreescere fumo ;  
Ac veluti accensis volui fornacibus atra  
Ex imo in caelos undante votumine nubes :  
Lampadibus rumpi crebris, & saeva tonare  
Fulgura, ceu summo caeli vellantur ab axe.*

Timor, ac  
terror.

*Omnibus horruerant crines, pallorque silentes  
Fixerat ante Deum, cum sensim fracta remittunt  
Murmura, paulatimque cadens horrenda quiescit.*

Vox to-  
nitrui  
promul-  
gantis le-  
gem.

*Buccina ; tum validam misere tonitrua vocem,  
Quae velut à summo delabens aethere, montem  
Implet, & extremis resonat clarissima castris.  
Astra loquente Deo, Tellus, pelagi alta silescent.*

II  
Proœmiũ  
legis.

*Audiant Isacidum domus hæc, & pectore condant,  
Quae loquor. Ille ego sum Dominusque, Deusque  
tuorum,*

*Et tuus, è Phariis, qui nunc erepta catenis  
Asserui vindex tua colla, manuque potenti,*

Te

Te coram obtrivi tumido cum Principe Memphim :  
 Te spoliis auctum crudeli è compede traxi ,  
 Et tibi substrato disclusi gurgite fluctus.

1 Me coram peregrina tibi caue Numina fingas ,  
 Externisve Deis incendas thura, meosque  
 Fusilibus sternas statuis incuruus honores :  
 Ultor enim Zelo accendor , si nomine quisquam  
 Participet nostro simulata idola, nohisque  
 Ritibus inuentas celebret per somnia formas.  
 Vnus ego Deus ac Dominus ; neque summa bonorum  
 Scindi se Natura sinit : stat Numen in Vno ,  
 Puraque Mens fingi vanis non sustinet umbris.  
 Cunctorum descripta mea stant agide facta :  
 Nec merces, nec poena deest ; sed premia poenas  
 Excedunt : scelera in quartos producta nepotes  
 Vindictam plectenda trahunt ; at premia se se  
 Fine tenent nullo , ut millesima gaudeat atas.

1. Praeceptum.  
 Cultus  
 Dei vnus.

Deus iustus & misericors.

2 Ne temerè iures ; neu quauis lite tremendum  
 Usurpes Nomen ; neque enim me impunè citatum  
 Asciscet quisquam verba in temeraria testem.  
 Impia consciscent celeres periuria poenas.  
 Nec censenda mihi praeceptis sine crimine lingua.  
 Stulta dabunt etiam poenas promissa ; nec vlli  
 Ludibrio leuia abripiant mendacia venti :  
 At , quae ritè voues festina soluere vota.

2. Praeceptum.

Vota solvenda.

3 Septima quaeque dies mihi sacra, vacare memèto,  
 Immuniisque operum sanctos altaribus ignes  
 Adiice ; primitias frugum , & lectissima quaeque  
 Vre gregis : tecum famulos cessare iubeto ,  
 Et pecus, & fortes plenum ad praesepe iuuenos :  
 Ancilla famulique terant mea limina tecum ,  
 Aique meas tecum resides epulentur ad aras.  
 Aduena quisquis erit , vestris agat otia tectis.

3. Praeceptum.  
 Sabbathi religio.

266 MOYSES VIATOR.

Tu quoque seruitio crudeli Taneos arua  
 Versasti requiem quarens in compede frustra,  
 Quam tibi nunc sancto mea donant Sabbata cultu  
 Post senos reditura dies, ut nostra sequenti  
 Exempla in senis operum stet summa diebus:  
 Septima lux stabilem in templo det festa quietem:  
 Nam senos operosa dies mihi fabrica mundi  
 Consumpsit; requiem sanctam lux septima vidit;  
 Et larga athereis cumulauit gratia donis.

12

4. Præ-  
 ceptum.  
 Honor  
 paren-  
 tum.

4 Proxima sit cælo Pietas: venerare parentes.

Obsequiū in primis illos summissus honora:  
 Sedulus officiis testare, & rebus amorem,  
 Solare ut tua cunque feret fortuna relictos;  
 Aut inopes; nec tu sortem videare beatam;  
 Fortunamque sequi heredem: longæua senectus  
 Obsequij merces aderit; fœcundaque tellus.  
 Nec pietas unquam pretio frustrata recedet;  
 In medio quanuis cursu te vita relinquat:

Sap. 4. 9.

NAM CANOS etiam præfert maturr. ma Virtus:  
 ANTE DIEM nunquam rapitur præcocta iuuentus;  
 Et viuendum aliam sortitur funere terram.

5. Præ-  
 ceptum.  
 Non oc-  
 cides.

5 Sanguinis humani pretium de sanguine discas  
 Ipse tuo; vitam facile est expendere vita.  
 Eripies animam nulli, neque sanguine dextras  
 Fœdabis: salius erit distringere ferrum  
 Iustitia: vita indignum, quem crimina reddent;  
 Fundatur cruor illius, quicumque cruorem  
 Fuderit innocuum: instum est sic sanguine vitam  
 Muniri, atque animas anima pereunte tueri.  
 Sit linor procul, & caci in sua damna furores.

6. Præ-  
 ceptum.  
 Non mo-  
 chaberis.

6 Tum tua deinde habeat frenos, & septa libido  
 Legitimis finita toris, tadâque iugali.  
 Alterius ne tange faces: sed quare modestus

Progeniem,

Progeniem, fundoque tuo sere semina frugum,  
 Quas nasci tibi deinde velis, ac surgere caelo.  
 Et nullam aspergas generi cum sanguine labem:  
 Finibus his flectendus amor, thalamiq; cupido,  
 Quos extra nulla hinc homini concessa voluptas;  
 NEC FAS, ceu pecus, aeternam discingere mentem,  
 Quam sua nobilitas cinxit pretexta pudore.

7 Non facies furtum, neque rem tractabis auarè  
 Alterius, domino inuito, furtimve, palamve.  
 Vtere sorte tuâ contentus iure paratis.

Quin etiam partire tuos cum paupere census;  
 Nec dare, quæ debes, claudas, cum flagitat usus  
 Pauperis, atque urgens extremis rebus egestas.

QUISQVIS enim tunc claudit, idem facit occidenti.

8 Sit tibi casta fides, cura & sanctissima veri.  
 Mentiri fuge: nec verbis utere dolosis,  
 Insidiâsue strues mentito crimine testis:  
 Nec vanus laudator eris, cum crimina flagrant.  
 Parce tamen linguâ teneram contingere famam  
 Alterius; nec enim facili medicamine sanes  
 Vipereâ semel intuleris quæ vulnera linguâ;  
 DV RANT OPPROBRIA, & tetri funduntur odores.  
 Parce tibi, probrisque tuum ne detere nomen.

LINGVA suis odium mernit virosa venenis.  
 Illam ego detestor, velut os cum corde bilingui.

9 Nec satis est tenuisse manus; colibenda cu-  
 pido est;

Nec tibi fas optare animi in penetrabilibus ipsis,  
 Quos iustis iunctos thalamis habet alter amores.  
 Ipsa premenda tibi est in corde, ut fonte, libido,  
 Externos unde omne salit tibi virus in actus.

10 Iuris idem rerum alterius tibi in omnibus esto,  
 Ut nihil inuideas aliis nihil ullius optes,

Castimo-  
nia impe-  
ratur.

7. Præce-  
ptum.  
De furto.

Benigni-  
tas in pau-  
peres.

8. Præce-  
ptum.  
Falsus te-  
stis, &  
médaciû.

Maledi-  
centia.

9. Præce-  
ptum.  
Prohibe-  
re l. oi-  
do cordis.

10. Præce-  
ptum.  
Avaritiæ  
cupido, &  
invidia  
dammata.

Non

268 MOYSES VIATOR.

Non seruum, famulamve bonos; non commoda rura,  
Vicinamve domum, non tauri fortis aratrum,  
Non asinum, aut oculis quicquam liuentibus ardens  
Aspicias, tacitoque velis tibi sumere voto.

Has paritur enim cunctis Mens prouida sortes.

SED POSITOS fines ardet migrare cupido,  
CVIVS ad immensos non sufficit orbis hiatus.

13  
Lex lucida illuminat mentes.  
Hac ubi clarifona fecit praeconia voce  
Aliger, internos collustrans lampade sensus,  
Plurima, quae denis arctè sunt prodita iussis,  
Explicat, ac legis diuinæ edisseru acta;  
Perspicuèque animos informans singula tradit,  
Doctaque priuatim cunctorum pectora pulsat.  
Vincitur assensu ratio, penitusque medullis  
Consona luce sua sese sancta insinuat lex.

Buccina repetita.  
Augustosque animis cultus persuadet honesti.  
Terribiles iterata sonos dat buccina rursus,  
Clangoremque tubæ repetunt; mugitibus ardens  
Sina tonat, cæli largos liquuntur in imbres.  
Altius ingestis undant incendia lymphis,  
Attra volat caligo, dies subrexitur umbrâ.

Terror legem sciens metu mortis.  
At positos circum fines trepidantia castra  
Horribilis facies, & formidabile monstrum  
It PAVOR intentans mortes, & tristia caca  
Fata manu: circa Furia voluuntur eodem  
Turbine, iactatæque faces, pestemque, famemque  
Saudaque bella trahunt, ignotæque rostra ferarum,  
Serpentumque globos, patulasque in Tartara fauces.

Populus timore consternatus.  
Semineces horrore Tribus cecidère retrorsum,  
Conspectaque hebetes oculos à morte retorquent  
Legis in obsequium, & tam decretoria iussa.

SVADET ENIM LEGEM pœne formidine Terror  
Principio, quam post adamata adsciscat honestas.

Vt

Ut trepidis rediêre animi, paulùmque quierunt  
Fulmina, sic Tribuum Proceres cum Mose loquuti.

Tu, si qua in gentem pietas ad cuncta paratam  
Imperia, & iussis addentem protinus acta,  
Tu loquere Interpretes nobis; tu consule Numen;  
Obsequimur: tantùm horrenda nos ne attonet ipse  
Voce Deus, tonitrûsque sui ne fulminet ictu.  
Audiuisse semel satis est: si flamma pepercit  
Hac semel, haud ultra tutum est audire loquentem.  
Nam que non fodiant tanta mortalia voces  
Pectora? quis flammâ propius ferat ore tonantis?  
Erigit attonitos Moses, ac talia fatur.

State, viri, nimiumque animis cohibete timorem:  
Haud ea mens, aut ira Deo: neque culmina vobis  
Maieſtas tanto inclinât visenda paratu,  
Ut mortem, exitiumque ferat: sed quanta supremum  
Obsequij, & cultus deceat reuerentia Numen  
Perdocet, ad cuius solium tot millia præsto  
Aligerùm apparent, torti tot fulmine fasces.  
Hoc agitur tanto strepitu, mundique fragore,  
Ut Dominum timeamus, & hic nos denique seruet  
Incolumi cum lege timor. Seruate seuerè  
Iussa Dei, que vos rigidè seruata iuentur.  
Præsidium hic vobis sit inexpugnabile Terror.  
Dissipat hic alios vnus, superâtque timores  
Displicuisse Deo timor, & conuellere leges.

Sic fatus, latos visis in castra remittit:  
Ipse Deo in montem populi pia vota reportat  
Nuncius, & mediâ accedit caligine Numen.  
Acceptat Deus obsequium, & sua munera laudans,  
Latatur populi pronas in fœdera mentes,  
Ac sibi summissos in relligione timores,  
Optatamque fidem Vatis, vocemque Sequestri,

Quem

14  
Exod. 20.  
19.  
Optat  
Mosè lo-  
qui po-  
tius, quã  
Deum,

Timor  
Dei, cu-  
stos legis,

15  
Moses re-  
fert ad  
Deum po-  
puli obse-  
quium.

270 MOYSES VIATOR.

*Quem sic pollicitus verbis solennibus offert.*

*Aique utinam duret populo tam iusta voluntas,*

*Sique meus, vitæque illi sit carior ipsa*

*Edita lex, summam obsequio complexa bonorum!*

*Sit felix, terræq; opibus, cœlique fruatur*

*Deliciis, memor illius super omnia voti,*

Deus pro- *Quod mihi præ cunctis placitum. Sed munere vincam*

mittit *Vota libens: præstabo illum de sanguine Vatem*

Christū. *Isacio, similemque tui mortalia membra,*

Deuter. *Quem poscunt; mentem membris mortalibus addam,*

18.15. *Inscribamque meum obsignato pectore Verbum;*

*Æternosque satus foeta de Virgine tollam,*

*Progeniem innuptæ Matris, Patrique coævam.*

*Illius ore loquar populis; tum iura rebelles*

Ve popu- *Hactenus accipient gentes, & subditus orbis*

lis, qui *Nomen adorabit nostrum, pactisque fruetur*

Christum *In situs Abramidum generi. Va, decolor atas,*

non au- *Va tibi degenerum Abramidum cæcata propago,*

dient. *Que mea despicies Vatem mandata ferentem,*

*Explodesque meo sancitas nomine leges;*

Reproba- *Iam, iam adero tibi suppliciiis non impiger ultor.*

tio Iudæo- *EXTORRES PATRIA, & Solymæ felicibus aruis*

rum. *Auulsos, spargam in terras, profugosque per omnes*

Dan. 9. *Ostendam populos, ingrati sanguinis atrox*

26. *Exemplum, pingui abruptos a caudice ramos.*

Ad Rom. *Hæc ubi dicta Deus commendat plurima Vati,*

11.16. *16 Explanatque datam capitum per singula legem,*

Deus le- *Queis odus sanire suos in vana Deorum*

gem ex- *Nomina, deiectasque velit simulacra per aras*

plicat *Diripere, & diros phanis excindere lucos.*

Moyfi. *Quo ritu sacra ferre sibi: quo fœdera more*

Exod. 20. *Concipere, & sanctos adolere altaribus ignes.*

21. 22. & *Quo quis emat iure Hebræo de sanguine seruum,*

23. capi- *Quo*

tibus. *Varia le- ges & mandata.*

Quo vendat, mittatve manu, quo pilea donet.  
 Scuitiam, ut fugiant domini, ne caesa cruentent  
 Sernitia, & fœdent humano sanguine dextras.  
 Queis furor, & caca rixis ardentibus ira;  
 Queis cohibenda lues, scelerumque licentia poenis;  
 Quis templo nullum inueniat grassator asylum;  
 Qua pateant vrbes inopinâ in cade fugatis;  
 Et quis comprehensis homicida trahendus ab aris;  
 Velandus qua dote pudor, quem victa per artes  
 Perdiderit virgo nullis desponsa Hymenais.  
 Quo lapidum cadat imbre patri, matrive rebellis  
 Progenies, tantum ausa nefas linguave, manive.  
 Qui dederint damnum, noxam quo iure reponant,  
 Qui fures, qua furta luant, vel pelle, vel ære,  
 Soluendos oculis oculos, proque oribus ora;  
 Pensandas manibusque manus; & verberare fustes:  
 Dentibus excussos dentes, ut talia quisque,  
 Qua nocuit, passus iuris condiscat amorem,  
 Expendatque suis aliena incommoda damnis.  
 NEC SIBI quam fieri nolit fraudem instruat ulli.  
 Depositi sit quanta fides: quam sancta paterna  
 Virginitasque, pudorque domo: quos dirus adulter,  
 Quos inconcessa Veneris reus exigat ignes.  
 Tum viduae matres, puerique parentibus orbi,  
 Quanto vim contra studio, curaque fouendi.  
 Quo sint praesidio peregrinus, & aduena tuti.  
 Principibus quis habendus honos; sacrandaque cultu  
 Maiestas, ne qua indignis impunè laceffit  
 Lingua probris, populivæ tumor, vel factio ledant.  
 Primitias frugum, & decimas deposcere templum,  
 Queis alat altaris contentos sorte ministros.  
 Qui soles operum immunes: qua Sabbata campis:  
 Quam recto stent iudiciis examine lances,

De seruis.

De homicidis.

De stupro.

De filio immorigero.

De furto.

De iniuriis &amp; noxa.

Oculus pro oculo.

De deposito.

De libidine nefanda, Viduae &amp; pupilli, Aduena.

Maiestas sancta.

De primitiis &amp; decimis, Festi dies, De iudiciis.

Ne



272 MOYSES VIATOR.

*Ne qua sinistra animi deflectant pondera libram;  
Ne personæ oculis illudat splendor abactis  
A vero: ne qua excæcatos munera vertant.*

17

Summa  
legis Cha-  
ritas.

*Hæc, & plura Deus Mosem docet ordine iura,  
Atque omnes vna deducit origine leges.*

Duo mând-  
ata cha-  
ritatis.

*SVMNAM DVXIT Amor, legem complexus in vno,  
Omniâque includens punctis mandata duobus,*

Phylacte-  
ria Pha-  
risæorû.

*Qui geminus Legis cardo: SVPER OMNIA NYMEN  
DILIGE: NEC MINVS AFFINEM QVAM TEMET AMATO.  
Hi duo sunt apices, gemina hæc fastigia Legis.*

Comitia  
indicta ad  
fœdus sã-  
ciendum,

*Nec, quæ multiplici subtexit pallia filo  
Isacidum plures collegit fimbria normas,  
Vendita magnificâ Phariseo fimbria pompâ.*

*Hæc Moses in castra refert, populôque vocato*

*Nuntiat, ac tabulis consignat prodita scriptis,  
Communemque fidem iuratis adiicit actis.  
Crastina deuoti redeant ad fœdera mandat.*

Altare  
erectum.  
Exod. 24.

*Ipse ubi puniceo lucem se promere cœlo  
Aduertit, Sine ingentem radicibus aram  
Admouet adificans congesto è cœspite pura  
Telluris: gradibus nullis præcingitur agger;  
Sed molli assurgens cliuo, sensimque supinus  
Erigitur, mediôque patens umbone videtur  
Altior, affusus spectetur ut undique turmis.*

Lapides  
12. in ti-  
tulos tri-  
buum 12.

*Bis seni circum lapides altare coronant,  
Erecti in Tribuum titulos; numeroque, notisque  
Inscripti, ut totidem feriendo in fœdere testes,  
Inconcussa fides populi, stantésque columna;  
Ut pariter sacro spargantur sanguine saxa,*

18  
Sacerdo-  
tes de po-  
pulo iussi  
immola-  
re.

*Aut altare ferant substructa, aræq; minores  
Participent sacra, & donis cœlestibus halent.  
Tum verò iussi iuuenes de stirpe domorum  
Primigenâ; nec enim Aronis de gente Sacerdos*

*Lectus*

Lectus erat; sed adhuc antiquo iure tenebant  
 Sacra mares primo thalami de germine nati.  
 Hinc iuvenes iussi electa ceruice iuencos,  
 Eximiosque greges aspersos frugibus ara  
 Admouere: cadunt placidi, cultrósque volentes  
 Accipiunt iugulis. Moses crateras ahenos  
 Subiicit, & partem sepostam sanguinis aufert,  
 Partem aliam altaris libans in cornua fundit  
 Largiter, & titulos, duodenásque imbuit aras.  
 Plurima iam structis infederat hostia lignis,  
 Plurima adhuc aram circum iugulata iacebat:  
 Iam facibus flammæ pronis ad sacra parata,  
 Cum manibus testes tabulas, sacrúmque volumen  
 Ipse gerens, propiorque ara, solennia rursus  
 In fœdus populi exposcit suffragia Moses.

Moses  
 sanguinis  
 partem  
 feruat.

Isacida, quanquam nulla est hac gloria maior,  
 Nil quicquam melius populis, quam subdere colla  
 Legibus, imperioque Dei; quem summa penes sit  
 Cunctorum, atque adeò summum ius sola voluntas.  
 Nil vestra pietatis egens, ex omnibus vnâ  
 Hanc tamen æterno iungi sibi fœdere gentem  
 Dignatur: nihil ille metu, aut terrore coactum  
 Extorquet, petit ingenuas in fœdera mentes,  
 Libera vota, fidem æternam, sincerâque corda,  
 Qualia iam tantum voluit fecisse merendo,  
 Et faciet; nisi caca sinus aperire libido  
 Abnuat, & summum Patris auersetur amorem.  
 Nunc igitur dociles iterum cognoscite iura  
 Numinis ipsius, quæ iam accepistis ab ore,  
 Sciscite, si placitum, & iurate in verba scientes.

Suffragia  
 populi  
 rursus  
 rogat.

Liberos  
 actus pe-  
 tit Deus.

Dixerat: & scriptam recitans è cortice legem  
 Arrectas tenet aure Tribus, totúmque volumen  
 Explicat, & ceras apices expendit ad imas.

19  
 Recitat è  
 libro scri-  
 ptam le-  
 gem.

S Dat

274 MOYSES VIATOR.

*Dat rebus momenta suis, dat pondera verbis,  
Inculcâtque animis, atque auribus omnia fidis.*

Suffragia  
populi  
lætissima.

*Finierat: leto assensu Comitia voces  
Attollunt: tremuit tellus, montesque resultant  
Lætitiâ. QUÆCUNQUE rogas, quacunque iubemur,  
Ingeminant; parere Deo, facere omnia prompti  
Obsequimur; fiat, fiat quodcunque iubemur.*

*IUSSV IVRA SVO FACIT: at nos iussa sequamur.*

Referun-  
tur in  
acta.

*Accipit has populi voces latissimus Heros,  
Gaudiaque admiscens lacrymis, suffragia gentis  
Publica in acta refert, ac fœdus sanguine sancit  
Obsignans: adhibet tellurem, ac sidera testes;  
Atque ita sacrifici subdunt altaribus ignem.  
It cœlo cum nube vapor: mox flamma nitore  
Obuia lampadibus Sineis, athera scandit.*

Sacrifi-  
cium.

*Sepositis Vates lymphas crateribus addit  
Sanguineum in rorem: cedro circumligat herbam*

Liber le-  
gis & po-  
pulus sâ-  
guine af-  
ferri.  
Ad Hebr.  
9. 20.

*Coccineâ byssopum lanâ; tum fœderis icti  
Imperiuratas tabulas, sanctumque volumen  
Sanguine respergit, totamque ex ordine gentem,  
Sanguineque, & purâ monitos circumtulit undâ.*

Exod. 24.  
20  
Testamē-  
ti veteris  
sanguis.

*Fœderis hic sanguis, Testamentique potestas,  
Quod sanctum, firmumque alto Deus aethere spondet,  
Quo nunc heredem in populum telluris adoptat.  
At postquam melior sanguis successerit hircis,  
Et Testatoris rata mors dimouerit umbras,*

Christi  
sanguis  
quâto ef-  
ficacior?

*Clara, resignatis, quæ nunc sunt abdita, ceris  
Instrumenta diem accipient, cœlique patefcet  
Regia, quo melior transcribet adoptio gentem;  
Æternumque Dei coalescet sanguine fœdus.  
Nunc Deus illius vobis certissima mandat  
Pignora; res ipsas, seruentur pignora, tradet.  
Nec cœli dubitanda fides, nec manca potestas.*

Vos

Vos modò, vestrique hoc pactum seruate minores.

Mox aderit Deus, atque auro felicior etas.

His actis onerant lances, stratique per herbam

Ante aras castis sociant conuiuia sacris.

Plebs epulata Deo coram praconia legis

Diuina repetunt cantu, Proceresque reuoluunt,

Denaque commemorant lati solennia verba.

Cunctorum lex ore sonat. LEX optima rerum

Intemerata regit certo vestigia ductu:

Lex pede inoffenso stadium decurrere vitæ

Callida, radendis solers insistere metis,

Afferit emerito victori premia palma.

Lex morum censura; animis lex lumen honesti.

Hæc & præterita delet vestigia labis,

Præsentisque eadem prohibet contagia noxa,

Lubricaque exemplis detorquet lumina prauis,

Nec piceos patitur contactu inolescere mores:

Tum niuei puro, quos educat æthere foetus,

Pascuntur croceis nitida inter lilia campis.

Illos nec tumido sustollunt prospera fastu;

Turbida nec senis turbant aduersa procellis;

Non rapit incautos recto pellacia cursu

In dextram, laeuamve: tenent medio equore puppim,

Attentique polo, velis in utraq; ministrant

Sorte maris, tutoque petunt cæli ostia portu.

O iuuenum custos, salue: ô tutela virorum;

O studiis meditanda senum; sanctissima gymnas

Ad decus, exerces nitidis quæ corda palastris,

Et formas ad bella manus: tu tempora velas

Victorum, aternaque premis redimita coronâ.

Nec tibi spectatum rapidis fornacibus aurum

Contendat pretio; nec te resonantius ullum

Personat argentum: neque se carbunculus ausit

S 2 Lumimibus

Sacrum  
epulum.

21  
Hymnus  
in legem.

Præconia  
legis di-  
uinæ.

Pretium  
legis.

## 276 MOYSES VIATOR.

Luminibus conferre tuis : non ullus ab Indo  
Emersus certare lapis ; tu gemmea collo

Torquis  
Sapientiz,

Torquis, honoratam quo se verissima dono  
Iactat libertas, regali & gestit in auro.

Da, Pater aeternæ Themidos, da gemmea vincla,  
Da solidas auro cæli è fornace catenas :

Necte manus, compinge pedes in libera legum  
Vincula, nec nodis sine nos exire tuarum ;

Libertas hic sola tibi seruire, tuoque  
Torquatos auro famam hæc per vincla mereri.

22

Hos cantus habuere dapes, hæc carmina Moses

Seniores  
70. cum  
Aronæ, &  
filiis vo-  
cati in  
montem,  
vt pararij  
testes.

Diuidit in mensas miscens conuiuia Musis.

Vt perfectus honos epulis, ex ordine summo

Ipsè viros decies septem, quos grandior atas,

Nobilitasque ferunt primos, Aronæque fratrem,

Et geminos eius gnatos Nadabumque, Abiunumque,

In montem properare iubet, qui fœderis acta

Et tabulas testes angusta ad limina portent,

Adspèctentque Deum propius; deinde omnia narrent

In populo, tractentque animos, & mobile vulgus.

Scandunt attoniti, sacroque horrore trementes

Mirantur, quos flamma locos hæsterna fauillis

Visa erat oppleuisse, vident vernare virenti

Sina ille-  
sus à flā-  
mis.

Gramine, nec tantis decussas ignibus vsquam

Amisisse comas lucos: constantia saxa

Rupibus, & nusquam fumantes fulmine sylvas:

Nec scissas tonitru cautes: contenta timore

Flamma fuit; calor in pauidos scuire peperit;

Aut caruit lux igne suo, & cum frigore fulsit.

Ardentis repetita Rubi miracula passim

23

Vident  
Dei maie-  
statem in  
throno.

Aspiciunt, non consumptis incendia syluis.

Ut collem tenuere fenes, vnde inuia montis

Dorsa patent, summo cernunt in vertice Nubem

Ardentem

Ardentem radiis, atque intus luce coruscant,  
 Quam nulli possint oculi durare tuendo.  
 Illi compositus summo Sol aureus axe  
 Decolor, & furuâ visus ferrugine tingi.  
 Innumeris circum scintilla millibus ardent,  
 Plumantésque volant, sed fractâ luce nitescunt,  
 Mollius, inque globos glomerant examina flammæ.  
 A ligerum varia facies de fulguris igne.  
 Hi volitant induiti aquilas: hi terga leonum,  
 Exnuâsque gerunt humeris, vultuque tremendo  
 Lumina sanguineis facibus flammantia voluunt.  
 Humanos alij vultus, humanaque membra  
 Mobilibus simulant flammis, senâsque per alas  
 Suspensi, exultim pinnis liquidum æthera sulcant.  
 Hi vitulos referunt formâ, toruque feruntur  
 Cornibus & fissas illis secat ungula plantas.  
 Sunt quibus aptantur forma quadricorporis ora,  
 Qui simul in diuersa volent, pariterque ferantur,  
 Antrosumque, retrorsumque, in dextram atque  
 sinistram,  
 Sempérque ante suas facies, atque ora volantes  
 Progressu, & reditu; nam, quod mirabile visu,  
 Omnia plena oculis, foris, intus, membra relucet:  
 Hi curru subiére Dei, vinctique iugantur  
 Axibus, & radios complexu, orbésque rotarum  
 Fulguribus struxère suis per mutua nexi.  
 Sic decies centena ingo se millia subdunt,  
 Et totidem centena illis se millia iungunt.  
 SPIRITVS auriga est; hos SPIRITVS incitat ignes:  
 Admittit, renocatque alacres, nullamque labori  
 Dat requiem, nunquam clauduntur lumina somno.  
 Ipse labor requies ollis, & vita moueri.

Tum subito in terras visum descendere cælum, 24

S 3 Infraque

Seraphim, &  
Cherubim in  
curru  
Dei.

Aquila;  
leonis,  
hominis,  
vituli

Quadriformes  
alij.

Compositi  
curru  
Dei.

278 MOYSES VIATOR.

Dei de- *Infrâque ardentis apices subsidere montis,*  
scensus. *Tessellata velut referens tabulata lapillis.*  
Pauimē- *Stratâque sapphiro sola se summittere plantis*  
tum ē *Aligerum; Currumque Dei, Thensamque subire;*  
sapphiro. *Alternis subito applaudens exercitus alis*

Triisagiō. *TER SANCTVM acclamant NUMEN; cœlique*  
*resultant,*  
*Cardinibus tonitru impulsis; quo scissa repente*  
*Dissiluit Nebula, & manifesta in luce refulsit*

Maiestas *MAIESTAS, currumque vehens sola carula pressit:*  
Dei in so- *Sapphiris micuere ignes, lapsuque rotarum,*  
lio. *Fulmineæ absiliere faces, ac limina Templi*  
*Intremuere: labant à summo vertice cœli;*

Stillantes *Stillantésque fluunt effuso nectare nimbi.*  
cœli. *Horrucrant Proceres visis, hebetatâque splendor*  
*Lumina confudit radiis: quæ forma Tonanti?*  
*Qui vultus? aut quinam habitus? comitumque quis*  
*ordo?*  
*Vix meminere; sciunt tantâ in caligine lucis,*  
*Nec dubitant venisse Deum; pedibusque sub ipsis*

Dei facies *Mutatos lateres strata in sapphirina cœli,*  
ignota. *Stellatumque solum gemmis, Templique lacunar;*  
*LEGIFERVM in solio, quem circum millia stipant*

Lex ignea *Sanctorum, tabulæ, manu, & LEX IGNEA DEXTRA:*  
in dextra. *Auctorem agnoscunt Equi, Iurisque parentem;*  
*Summissisque animis humiles, & corpore proni*  
*Obsequium in Legem iurant, ac Numen adorant.*

Moses *Et Moses. Recipe, ô Genitor, tua munera; cœptis*  
offert po- *Annue, & hanc nobis, quam præstas, perfice men-*  
puli ob- *tem,*  
sequia. *Æternamque velis populo constare clienti,*  
*Intemerata fides hæc ut tua fœdera seruet.*  
*Legifer ex alto respondet talia curru.*

Accipio,

Accipio, faciámque volens maiora rogatis.  
 Sed violata fides temerato fœdere, lasa  
 Maiestatis erit crimen; mors impigra merces.  
 Ante oculos, hinc, inde, (manus extendite, fas est)  
 A dextrâ posui vitam, mortémque sinistra,  
 Hinc liquidos fontes, stagna inde ardentia flammis.  
 Arbitry est vestri vitam, aut deposcere mortem.  
 HÆC VITÆ MANDATA; dabit custodia vitam.  
 Sic fatus Mosem accersit, mandatque reuerti  
 In montem ut scriptam tabularum in marmore  
 legem,

Accipiat, spectétque typo vestigia templi,  
 Mensurasque, modósque omnes in castra reportet,  
 Jehosuem assumat comitem, fidúmque ministrum.  
 His actis crepuère tuba, plausúque Phalanges  
 Aligerúm repetunt Ter Sanctum carmen, & astra  
 Respon sant, reuolátque polis quadriga reclusis:  
 Tolluntur tabulata simul sapphirina cœlo,  
 Et Phary sursum lateres ascendere visi  
 Mutati in gemmas, & puri cerula cœli  
 Spes patiens tulit hos Pharia fornace pyropos.

Gauisi rediére Senes in castra; stupéntque  
 Viuere adhuc, atque athereâ se luce potiri;  
 Postquàm congressi fuerint cum Numine coram,  
 Spectarintque Deum, viuus, quem cernere nemo  
 Audeat, aut propius tentet sentire loquentem.  
 Vix credunt: populus circumstat ut athere lapsos,  
 Aut Erebo emenso reduces è Manibus umbras;  
 Attonitos adeò visis, & lumine cernunt.  
 Sidereæ narrant auidis spectacula pompa;  
 Maiestas superat sensus, & gloria linguas,  
 Et meliùs quàm verba, stupor tam grandia narrat.  
 Postera lux puro terras ostenderat ortu

25  
 Deus ac-  
 cipit po-  
 puli pro-  
 missa.

Pœna fœ-  
 difragis  
 contutu-  
 ta.

Moses iu-  
 betur re-  
 dire cum  
 Iosué.

Lateres  
 Ph rij in  
 sapphi-  
 ros.

26  
 Senes 70.  
 reuersi in  
 castra te-  
 stes ad  
 populum.



280 MOYSES VIATOR.

In procerum coetu Moses cum talia fatur.

27  
Moses in  
montem  
rediturus  
cum Iosue.

Me diuina iubent in montem edicta reuersum,  
Quae Deus ipse manu descripsit marmore iura  
Accipere, & sacros Aedyti cognoscere ritus,  
Hic mora quot tractura dies, nec noscere nostrum,  
Nec fas est numerare Deo, aut praescribere tempus,  
Nec si quos parat ille sacris, praescindere ritus;  
Quidquid erit (nam nulla mihi cum Numine certum est

Commēdat omni ducibus.

Otia posse teri) vobis ea tempora ponam,  
Vtiliter. Vos consiliis, ductuque tenete  
Intentum officio populum: componite lites;  
Sed curate Dei vigeant ante omnia leges.  
Foederis en vobis tabulas, tinctumque volumen  
Sanguine. Consulite in medium, & cognoscite causas.

Aron & Hur concilij Principes.

Vos Aron, Hurisque iuuent, nodosque resoluant,  
Si quid in obscuris anceps, aut non leue rebus.  
Publica res, priuum sit opus: contendite curas  
Huc omnes, & Rem populi res credite vestras:  
At scitote animis varium ac mutabile vulgus:  
Traetabit pietas animos: prudentia flectet:  
Vincet amor: tumidos timor & constantia frangent.  
Nec dubitate, suo Deus huc nos tempore reddet,  
Cui solitum plerunque fidem, mentesque suorum  
Explorare mora, ut cumulet patientia laudem.  
Durate; atque cui Domino ne ponite metas.  
Vos spectastis enim quanto illi debita cultu  
Gloria, quas cantent Sanctorum millia laudes.  
Deuictum curru summo vidistis Olympo  
Incisas tabulas dextrâ ostentasse ferentem.

28  
Principis curz.

IGNEA LEX in foedis fragos sua fulmina stringit.  
Sollicitus sic ille Duces, fratremque monebat  
Multa putans, variosque timens in Principe casus.  
Qui

Qui populi fortunam humeris, & pectore portet  
 Tam fragilem, ingeniusque adeo variantibus Hy-  
 dram.

Vt Sinam tenuere, iterum sese horrida flammis  
 Caligo offudit, totumque à vertice textit  
 Involuens cum monte viros, mortalia cuncta  
 Eripuere oculis tenebrae, quò luce fruente  
 Siderea placidè intendant leue mentis acumen  
 Longius, ac legis penetrent arcana futura.

Incrant in  
 Nubem.

Quis memoret, quos illa Dei tot tracta diebus  
 Mentibus ediderint puris consortia sensus?

Sunt 40.  
 diebus cū  
 Deo.

Non dubitem, quin illa viris in lumine tanto  
 Sit spectata Dei verè LEX IGNEA DEXTRA;

Non ea, quam duris accepit saxea venis  
 Pagina iussa metu, & saxum cogente metallo,

FERREA LEX, atque ad duras vix dum edita  
 cantes

Lex Gra-  
 tiæ illis  
 ostensa.

frato frangenda Deo; sed blandior illa

Mollibus inscriptam fibris, quam vix inussit  
 SPIRITVS ille DEI DIGITVS, purisque liquavit  
 Cordibus instillans, fusamque in viscera seruat  
 Illasam; descendit Amor, flammæque tuentur,  
 Quas non vix Erebi terrent tormenta, nec ulli  
 Fluminibus possint Stygiis extinguere fluctus;  
 Nulla carnificum furis eradere mortes.

Nec labor est ventura procul, presentia signis  
 Obiicere, & vatum transferre in secula mentes,  
 Sive retrò transacta latent, sive edita nondum,  
 Orbibus annorum sint euoluenda futuris;

29  
 Prophetæ  
 quomodo  
 futura vi-  
 deant.

Mentibus insculpunt species, simulacrâque rerum  
 Æthereæ mentes, & Vatum pectora formant,

Aut Deus ipse animis presens res ordine dicitat,  
 Momentoque geri monstrat, queis secula gerendis

Illapsus  
 Dei in  
 mentem.

282 MOYSES VIATOR.

*Decurrunt : puncto immensos sic contrahit orbes.  
Hisce animos Mosem, & socium Sinæa colentes  
Tæsq̃, Deo monstrante, reor, pauisse figuris.*

30  
Christus  
Legisla-  
tor.

*Ostensus procul in sublimi monte Sacerdos  
Iustitiæ ; à dextrâ sedem Sapiëntia stipat ,  
Læuam fulcit Amor , MEDIO LEX PECTORE  
splendet*

Eius so-  
lium.

*Innata, , atque notis procul IGNEA grandibus extat ;  
Nec tabulis opus est aliis, aut codice scripto.  
Hoc primum caput , hoc postremum , summâque*

I V R I S

IN QUÆCUNQUE DEVS IUBEAT SVMMISSA VO-  
LVNTAS.

Totus  
mundus  
auditor.  
S. Spiritus  
Scriba.

*Circunstant auida gentes , atque ore fluentem  
Doctrinam VITÆ excipiunt ; inscribitur imis  
Pectoribus digito & lingua flammante docentis.  
Protinùs elucent teneris dictata medullis ,*

Corda ta-  
bulæ.

*Prorsùsque innatum respondet ad omnia lumen.  
Solertèsque mouent ad facta simillima dextras :  
Consentit cum corde manus, cum pectore lingua.*

Nulli fi-  
nes arcèt.

*Nec positi prohibent fines , aut fulmina terrent  
Accessus ; vocat & refugos ; & adire timentes*

Vocat  
omnes.

*Inuitat, cunctisq̃que vltro sacraria pandit.  
Miratur faciles aditus, & mollia Moses*

Concur-  
sus gen-  
tium.

*Blandimenta, & complentes subsellia turbas ;  
Astantémque rogans aula cœlestis Ephebum  
Compellat , quinam populi tanto agmine currant  
Ad montem ? quis tam angusto se Legifer ore*

Christi  
comitas.

*Tam blandum exhibeat populis , cui nulla satellis  
Pila gerat, nulla ensifera custodia turba ?*

31  
Christus,  
Propheta  
promif-  
sus.

*TVTVM SOLVS Amor solio , ac reuerentia seruent?  
Hac inuenis contrâ. Vestro de sanguine Vates  
Ille tui quondam similis promissus ; & illa*

In sortem Abramidum Gentes, & iura vocanda  
 Adscripti cælo cives : nec finibus ullis  
 Metari placuit, vel SANCTVM fulmine MONTEM  
 Terrificare; vocat cunctas CLEMENTIA gentes.  
 VNA CAPAX mundi Domus est; nec claudi-  
 tur ulli

Aula Dei, nisi qui nolunt audire vocantem.  
 Errantes procul inuenient per denia flamma.  
 Nunc silet ira, suas agat ut Clementia partes.  
 Legifer ille vident' blando quàm mulceat ore  
 Leniter, & melius, tonitru sine, pectora vincat  
 Insinuans tennes Veri cum luce susurros?  
 Si lubet, hinc audire potes; vel te insere turbis.  
 Fas erit, & quondam propius tibi tangere montem,  
 Thaboris augustum montem, coràmque loquentem  
 Audire, & Patris Aeterni cognoscere vocem  
 Commendantem illum vobis, mundoque Magistrum.

His amor accensus Mosi, sese addere turbis,  
 Atque hæc suspensis longè verba auribus hausit.

Felices ô, diuitiis qui spontè relictis  
 Pauperiem patienter amant, curisque soluti  
 Affectant studiis patria haud mortalibus astra,  
 Aethereum merces illis iam debita regnum.

Felices animis etiam qui mitibus iras  
 Demulcent, gestantque odio impenetrabile pectus,  
 Qui facile ignoscunt: illis tranquilla quietam  
 Pax animam dabit, & placida tellure fruuntur.

Sunt & lugentes lacrymis, planctūque beati,  
 Quos dolor, & tristi sensu malefacta remordent  
 Seu sua; seu fratrum tangantur viscera damnis;  
 Protinus abstergent lacrymas solatia mœstis.

Felices, quos esuriisque, sitisque fatigant  
 Iustitia, & desiderii sanctissima Virtus

Macerat:

Māfucta-  
do Chri-  
sti.

32  
Christi  
sermo in  
monte.  
Pauperes  
beati.  
Miser.

Lugētes.

Iustitiz  
fames.

284 MOYSES VIATOR.

*Macerat : implebunt magnum pietatis amorem ;  
Nec dapibus tam rara fames impasta queretur.*

Miseri-  
cordes.

*Hi quoque felices, quorum se viscera torquent  
Conspectum miserata inopem, sortis que sinistra  
Admoniti casu, dextram extendere fauentem ;  
His etiam tenera accurret miseratio lapsis.*

Cor mū-  
dum.

*Et qui tersa acie mentis, mundoque beati  
Corde nitent, qui synceris opera omnia ductant  
Luminibus ; lucis cernent in origine Fontem,  
Et iubar aeterno candens splendore videbunt.*

Pacifici.

*Felices, qui pacifici cum nemine pugnant,  
Discordesque aliorum animos in foedera iungunt :  
Iure Deo natos homines vel ferrea dicent  
Sacula, sortitos pacis cum Principe Patrem.*

Martyres  
iustitiae.

*Et qui iustitia ob magnum cruciantur amorem,  
Felices ! quibus effuso defendere legem  
Sanguine concessum, Iurique impendere vitas :  
Asseruere suo sibi caeli sanguine regnum.*

33

In perfe-  
ctioni-  
bus beati  
qui.

*Vos quoque, vos etiam nimis o censete beatos ;  
Inuidia oppressos quoties, odiisque malorum,  
Obtigerit probrosa pati, vel carcere vincla,  
Verberaque, aut saevas infami in stipite mortes,  
Nominis ut nostri sartum teneatis honorem ;  
Latitiae tum tempus erit : tum gaudia vobis  
Pectoribus saliant letis : tum proxima caelo*

Christus  
legis in-  
flaurator.

*Victorum impendet caput umbratura corona.  
Non ego, non veni patriam rescindere Legem,  
Nec quas Sineo tabulas è vertice Moses  
Fulminibus retulit mediis impunè reuelli  
Perpetior : quin contra omnes implere lacunas ;*

Legē im-  
plet &  
perficit,

*Erasosque apices, si quos expunxit Abusus,  
Aduenio, Legemque suo splendore repono  
Exactam mox DE PLANQ toto orbe legendam.*

Nec

Nec lapides posco in tabulas; mihi mollia corde  
Condere iura placet, DIGITÓQVE inscribere fibras.

Constat,  
tabulae.

OMNIA mollit Amor; cautes liquuntur & igni;  
Adiiciam flammam; crescet sacer Ignis Olivo.

Pectora amore mei vitarum prodiga fient.

Efficacia  
ab  
igni, &  
oleo.

Obsequij populis exhausto sanguine ponam,

Exemplum, quod nolle sequi, praemorte timebunt.

Mirifica hic Moses rerum dulcedine tractus

Conatur, velut in somnis effingere voces,

Multaque consultum Doctorem exquirere legis;

Verba premit, vocemque stupor; lacrymaeque se-

Moses cu-  
pit inter-  
rogare.

quuntur

Ardentes animi sensus: simulacra repente

Vanescunt; faciesque oculis se protinus offert

Alteram, nec iucunda minus blanditur imago;

Eliciuntque iterum lacrymas nova gaudia Vati.

Ecce Sioneo pandunt se colle Penates,

Augustum penetrant domus, quo prima litatis

Libamenta sacris altaribus intulit Agnus

Mitior, ut saeuos praecederet hostia ritus,

Quam Mystes properaret Amor, passimque re-

ferret

Deinde, cruentata postquam expirasset in ara.

Apparent lecti comites, venerandaque Mater

In mediis, & missa precum suspiria caelo

Crebra volant, rumpuntque fores bipatentis Olympi,

Vnde expectabant ignitam Flamine Legem.

Visa domus tremere, & vehemens quatere aera

ventus:

Panditur aula Dei: caelo media aestuat ara,

Excussisque ruunt focolis ardentibus ignes;

Perpluivur rutilo imbri domus, tremulisque mi-

cantes

34  
Cenacu-  
lū Chri-  
sti.

Apostoli  
expectan-  
tes legem  
S. Spiritus.

Missio S.  
Spiritus  
in Apo-  
stolos.  
Act. 2.

Allambunt

286 MOYSES VIATOR.

*Allambunt flammis cunctorum tempora Linguae,  
Innocuè que comis in summo vertice surgunt  
Flaminibus sacris apices; perlabitur ima  
Ossa vapor, totoque ardent in corpore vena.*

Linguae  
populo-  
rum.

*Insinuat magnos animis Sapientia sensus,  
Et linguas populorum omnes largissima fandi  
Copia, multiplici promit miranda profatu.*

*Erupere domo, sparsique in compita vibrant  
Ardenti ore faces, excussa'que fulmina miscent.*

Concur-  
sue na-  
tionum.

*Attonita accurrunt gentes, & funditus ingens*

*Turbatur Solyme, Chananeis inhorruit omnis  
Tot linguas populorum, inopes de paupere turbâ*

*Miscere eloquio, qui nec Galilaidos unquam*

*Exierint fines, patriis ubi retia stagnis  
Contenti trahere, & remis impellere lintres.*

*Infectum Babylonis opus, caeloque minantem,*

*Conatos iterum credant attollere turrim,*

*Materno nisi quisque suas sermone loquelas*

Omnes  
audiunt  
suas lin-  
guas.

*Agnoscant, & perspicuis sensa edita verbis;*

*Qui profugi Scythiâ Parthi, latumque bibentes*

*Euphratem Medi: quos & felicibus aruis*

*Interiore Arabes pelagi fouet Agra colonos*

*Eleana sinu: quique inter flumina glebas*

*Magna duo medi' vertunt: Pontique colentes,*

*Cappadocumque solum; & Phrygia qui diuitis vrbes,*

*Pamphiliamque tenent: vstas qui Sole Sienen,*

*Cyrenenque habitant; domina quique aduena*

*Roma;*

*Aut mundi ciuis, linguas hic protinus omnes*

Nullo  
pleni pu-  
tantur.

*Audinere suas; miratique, Orgia credunt,*

*Bacchari madidos, hilarique tumere Lyæo.*

*Quos contra Dux ipse chori magno incitus æstu,*

*Disputat, ac gentes contra insanire reuincit*

*Diuina*

Diuina ignaras Legis, veraq; salutis;  
 Ostenditque viam digito, linguaque patentes  
 Cœlorum portas, versosque à cardine postes  
 Ipse manu ostentat, quibus Orci immania lapsis  
 Claustra seris cedant, ac Diuùm limina CLAVES  
 EX AVRO GEMINAS CLAVES fornace recocto  
 Ætherea, manibusque suis adamante reuinctas,  
 Quas vis nulla queat, nulla extorquere tyrannis,  
 Non versa imperia, aut mundi fragmenta ruentis.

S. Petrus  
 clauiger.

Docet  
 nouæ le-  
 gis gra-  
 tiam.

Miratur Moses animos, habitusque, nouumque 53

PISCATORIS opus; pendent nam patria multis  
 Retia adhuc humeris, pelagòque exercita lina.  
 Aligerum rogitare cupit, quæ spectra? quis ille  
 Concurfus populorum? aut quæ facundia victrix?  
 Sectilibus quæ tot flammis in vertice lingua?  
 Scena iterum mutata vetat. Iordanides vnda  
 Intumuerè vadis, geminòque è fonte sonantes  
 Erumpunt ripis, & flumen amabile spargunt  
 In campos; vndant oleo fragrante fluenta,  
 Inuitantque nouos nitida pinguedine pisces.

Bapti-  
 smus Chri-  
 sti per  
 Iordanē  
 designa-  
 tus.

Exiit ille olim Syrus hoc in gurgite Ductor  
 Infandam lotus scabiem, melioribus vndis  
 Confessus fluere hos, patrium quam Pharphara  
 fontes,

Naaman  
 Syrus.

Quàmque Abanam. Sed nunc lymphas in cuncta  
 salubres

Nomina morborum voluit Iordanius amnis,  
 Hæc ubi stagna suo mouit turbata natatu  
 Concilij Magni Princeps, ille Angelus ingens,  
 Et casiam, & concha infudit cœlestis oliuum.

Salutaris  
 & viuifica  
 aqua.

Jam Piscina suos mœret Pecuarum fluctus  
 Porticibus vacuis, putribus sine turbine stagnis.  
 Nec mora merguntur populi Iordanis in vndas,

Probatice  
 piscina  
 deserta.

Frontibus



288 MOYSES VIATOR.

Frontibus & sacros certatim infundere rores,  
Et capita irrorata vadis adspargere gaudent.

Illuuiem abiiciunt squamis, auroque nitentes

Exultant, saliuntque allecti in retia Verbo,  
Verritur immensâ pelagus, fluiiue Sagenâ.

Concur-  
sus ad Ba-  
ptismum.

36

Gentium  
olim soli-  
tudo ste-  
rilis.

Hic magis obstupuit Vates, cum versa repente

Fluctisoni facies pelagi discessit, & ultrò

Succesere plaga steriles, desertaque tristi

Terra ignaua situ, & campi squalentis arene,

Et rigida ferro rupes, & ahenus ather.

Protinus irriguos cœlum concrescit in imbres;

Fluij &  
fontes in  
solitudi-  
ne subiti.

Et saliunt duris rupti de cauitibus amnes:

Spiramenta aperit tellus, mollitque blandis

Roribus ostentauit opes: hic alta marinos

Tollitur in casus abies, saliuncaque subter

Vestit humum: vario pubescunt gramina textu:

Occupat hos cedrus montes, cœloque cacumen

Condit odoratum, & fragrantia brachia sparsit.

Isa. 41.  
19.

Hic adamant ulmos vites: hac myrta cruentis

Littora pratexunt baccis: hic frondet oliua:

Hic viridis mauult crispare cacumina buxus:

Spina rosis illic melius diffanat odorem.

Solitudo  
mutata in  
Carmelû.

Immigrasse Saron cultis latissimus agris,

Huc visus transferre suos Carmelus honores,

Pascuaque, & mites apricis collibus vnas,

Excitatq; fera turbante cubilia cornu

Apostoli  
venato-  
res.

Venantum, magnisque canum clamoribus acti

Cum pardis, ursisque lupi, seuisque leones,

Ierem.  
16.16.

In pueri venere manum; quos ille volentes

Alligat, & blando summissos colla capistro

Agni &  
lupi fi-  
mul.

Securis ouibus mistos in pascua mittit.

Innocui iunxere latus pardique iuuenis

Isa. 11.6.

In pratis, agni que lupis, virulisque leones.

Miratur

Miratur faciles pueri pastoris habenas,  
 Quem verti videt in mediis, & stringere virgâ  
 Deposita feritate iubas, & rostra ferarum,  
 Quin roget Aligerum, iam non sibi temperat Heros.

Quæ mundi facies? quæ tam contraria rerum,  
 Tam subito quibus hæc fiat conuersio succis?  
 Qui cicurum sensus? quæ tanta indago ferarum?  
 Ales ad hæc. Quid? necdum etiam tam plana  
 tuorum?

Fata capis? Legemque datam, quæ sæcla sequantur,  
 Quæ series? & quàm legis melioris origo?

Ille potens verbo, atque manu, quem monte docentem,  
 Circumstant dociles populi, tibi limes, & umbris  
 Terminus, ac legum finis; nam colliget in se  
 Omnia, qui geminas gentes se condit in vno;  
 Vt cum lege suâ populis se se omnibus vnum  
 Inserat, ac solus cunctorum in pectore regnet.

Quos animos? quas ille suis ad maxima vires  
 Sufficiet? doctos quanta ad certamina finget?  
 Contemptu, mundi dominos, animaq; superbos  
 Osores: iterum reditura parcere vitæ

Indociles. Proh! quanta viris hinc gloria surget?  
 Nunc anime viles ea vix comprehendere sensu,  
 Nedum ausint tentare manu, quæ qualibet atas  
 Tunc effecta dabit, cum tempestiua vigebit  
 Gratia, & illius partu iusta edita Virtus.

Illuc vsque tui tendent umbracula ritus.  
 Tum capient umbra finem; tum scissa recludent  
 Vela Adytum; immisso languent Sole lucerna,  
 Quæis melior viuo lucebit SPIRITVS igni.

Sic fatus reuocat Mosem, delubraq; coram  
 Quæ descripta umbris, formatâque sensibus offert,  
 Consignatque animo memori, Templique figuras,  
 T Mensurasque

37

Docetur  
 ab Ange-  
 lo Moses,

Christus  
 finis le-  
 gis Mo-  
 isaicæ.

Magister  
 vnus om-  
 niū sum-  
 mus.

Legis  
 gratiæ  
 præstan-  
 tia.

Antiquâ-  
 da lex  
 Mosi.

38

Reuoca-  
 tur Moses  
 ad exem-  
 plar ta-  
 berna-  
 culi.

T

Mensurasque

290 MOYSES VIATOR.

*Mensurasque omnes, seriem, numerumque columnis  
Assignat; quae vela tegant, quo condita textu:  
Quam pompam incedat sacris in vestibus Aron.  
Quam ferat augustam se maiestate verendus,  
Diducto quoties accesserit intima velo.  
Quo ritu sacrandae domus: quod vertice Summi  
Pontificis vergendum oleum: quo pulvere fumet  
Aurea, quae sanctis vigilat penetralibus, ara  
Mensam inter, septemque aduersa parte lucernas.  
Omnia Beseleel summam quae proferat arte.*



LIBRI